72.A/20-016

ACADEMIA CAESAREA GERMANICA LEOPOLDINO CAROLINA

**Ludwig Reichenbach,**

der einzig legal erwählte Präsident und Director der Kais. deutschen Akademie Leopoldina der Naturforscher.

Viro Excellentissimo, Experientissimo, Doctissimo
Roberto de Visiani

Operis Tui celeberrimi Supplementum alterum, quod ad me mittere bene voluisti, illam quae inter nos olim locum habuit amicam juncturam, vivam resurgere jussit, et gratias Tibi, quas possum maximas reddo, post acceptum confestim!

Conservare Te vellet Deus optimus maximus incolumem et animo hilarem ad summam senectutem!

Ipse, si sinistro pede incedere possim, me sanum crederem, sed diebus a tonitru perterritis: imensis doloribus tantum laboro: ut in lecto manere debeam! Tranquille igitur exspectanda est finis solutionis electricae in atmosphaera nostra!

Totus Tibi sincere deditus
Dresdae horti botanici Regii creator et Director
Doct. atque Prof. Philos. et Medic. Eques
Ordinis meriti civilis et fidelitatis, Comthuri Ordinis Regis Albrechti et possessoris numi aurei magni in merita artis et scientiae percusi a perillustri Ministro Stein zum Altenstein sūma benevolentia transmissi!

Dresden die 11 Augusti 1877.